

NOVE LEGGI, ET ORDENI DI DIVERSI CONSIGLI DI VENETIA,

dall'Authentico estratti, & all'uso del
Palazzo necessarii.

*Che niuno impetrar possi li beneficij Ecclesiastici delli uini;
Ne procurar la priuatione loro.*

¶ In Pregadi. l. 401. xxvi. Settembre.



VIA multæ inconuenientiæ, errores, & scandala possent occurrere, propter modos, qui tenentur in procurando priuationem nostrorum Prælatorum, & Beneficiatorum in Ducatu nostro, & in aliis locis nostris & terris existentium, & necessarium sit providere.

Vadit pars, quòd aliquis noster ciuis, uel fidelis, aut forensis, clericus, uel laicus, cuiuscunque conditionis existat, nõ audeat, presumat, nec debeat per se, uel alium aliquo modo uel ingenio procurare, uel impetrare aliquod beneficium, uel prælaturam, constitutam in nostro Ducatu, nec in aliis terris & locis nostris, quæ non uacet, & in qua sit prælatus suus; Nec procurare priuationem, uel ammotionem, seu translationem alicuius dictorum Prælatorum & Beneficiatorum directe, uel indirecte, sub pœna perpetui banni de Venetiis, & de omnibus terris, & locis cõmunis Venetiarũ. de quibus pœnis non possit fieri gratia, donum, remissio, uel recompensatio, sub pœna D. 1000. pro quolibet ponente, uel consentiente. partem in contrarium. Et si aliquis committeret, & faceret contra hanc nostram intentionem, & obtineret aliquod ex dictis Beneficiis & Prælaturis, non gaudeat aliquo modo dicto Beneficio, uel Prælatura quam acciperet, nec redditibus, prouentibus, uel utilitatibus eius, sed conuertantur omnia in reparat ionem & utilitatem dicti beneficii, uel prælaturæ, per eum modum qui Dominio uidebitur.

*Che niuno possi impetrar Brevi dal Pontefice, ouero Legato
contra la uolontà delli Testadori.*

¶ In Pregadi. l. 480. xxii. Decembre.